

Chiliaftico omnia CHRISTO subjecta forent, quoniam, ipso fatente Peterfenio, ibidem non solum Mors, hostis novissimus, destructa non erit, **in der Wahrheit des herrlichen Reichs** / p. 98. sed etiam in illo regno adhuc impii reperientur, quorum alii, durante isto millennio successivè convertentur l. c. p. 136. & p. 154. alii autem in peccatis morientur, quos vocat, die Sinder von hundert Jahren / die in den tausend Jahren sterben / **in der Antwort auff's Sendschreiben** pag. 20. Et quis est, qui nesciat, quæ de Gog & Magog, tempore Chiliafmi adhuc superstite, tradunt Chiliaftæ? quòd nimirum ab his hostibus regni istius incolæ obfidione aliquando cingentur, ad prælium provocabuntur, ac armis infestabuntur. Ita enim *Peterfenius*: Was thut diese durch den Satan versamlete Menge der Heyden (Gog und Magog)? Sie treten auff die Breite der Erden / und umringen das Heerlager der Heiligen / und die geliebte Stadt / das Jerusalem auff Erden. **Bekantnis** / *Quest. 85.* Qua ratione cum per contradictiones suas seipsum satis refutet Chiliafta, tantum abest, ut nos in suam pertrahat sententiam, ut inde & magis in nostrâ, quam in sacris fundatam scimus, sententiâ confirmemur.

CAPUT II.

DE

Subjectionis Subjecto.

§. I.

Vidimus hucusque, prolixius aliquantum, Subjectionis passivæ terminum, nunc inconcussò pede pergimus ad *Subjectum*, seu *Personam istam*,

D

CHR